Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



enim indigenti dare panem metuit ne sibi desit. adhuc in
angustia timoris est. Qui sæpe ideo uestimentum alteri non porri
git quia hoc solum habere concupiscit. adhuc tenacie suæ angus
tia coartat. Quisque ideo bonum non agit quia tempore animi pigres
cit. ipse ei torpor angustia est. Respicere autem inopem et audire
precem. largiri stipem. præbere defensionem. atque per eiusdem defensione
pauperis aduersantis cuilibet inimicitias non timere. magna
mentis latitudo est. Mensuretur igitur inter thalamum et portam ea
quæ inter iacet latitudo cubitis xxv. quia exteriori sensuum
operatione probatur et cognoscitur quæ intrinsecus largitatis bonita
tis habeatur. Hæc quidem de scriptura sacra dicuntur. et quantum
primum tacitum amet. in latitudine boni operis ostendit. Porrecta itaque
xx. et v. cubitis latitudo inter portam et thalamum. quia inter carni
tatem et scientiam testis est bona operatio. quæ si fortasse defuerit
profecto certum est nec cognouisse te dicit. nec diligere primum.
idem nec portam sacri eloquii. Hæc amoris thalamum habere. Et
notandum ad arecto thalami usque ad rectum porte dicit. me
ritum. Ea enim quæ nobis in sacra scriptura coopta
bri[illegible] fit nostra humilitas approbatur. quia ad nulla non intelli
gimus nisi supbe reprehendere si humiliter uenerari de
bemus. Unde de domino scriptum est. Palpebre eius interrogant
filios hominum. Palpebre quippe eius uicticia sunt. quæ aliquid nos
claudunt aliquid aperiunt. Quæ aperiendo nos interrogant. si
intelligendo non extollimur. Claudendo nos interrogant. si non despi
cimus quæ intelligere non ualemus. Ea autem quæ de caritate nostra pri
mis nostris non loquimur. in conspectu dei uerius probamur. In quorundam
enim ore caritas ficta est. in quorundam enim cordibus uera. Et sepe
de caritate ostendit quod non est. et non demonstrat quod est. Amorem

obscuritas sacre scripture non ad reprehendendum. sed ad laudandum

palpebre eius interrogant filios hominum

99